



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Dei Præsentia**

**Le Gaudier, Antoine**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

Cap. VI. Non satis est vt perfectè Deo simus præsentès eius præsentiam  
intellectu concipere, nisi etiam nos illi vniamus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50583](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50583)

residentem, & eodem officio  
fungentem; siue prout olim  
inter homines cōuersantem;  
vel in cruce ipsa fixū intuea-  
mur, & alloquamur familia-  
riter.

## CAPVT VI.

*Non satis est vt perfectè Deo si-  
mus præsentes eius præsenti-  
am intellectu concipere, ni-  
si etiam nos illi uniamus.*



**E**T in eo quidem  
consistit præsen-  
tia Dei in nobis,  
& nostra vicif-  
sim præsentia co-  
ram Deo; verū si nihil  
vtrique præterea vel inesset,  
vel adueniret, tantū certè no-  
bis

bis faciendum nō esset, quod nos Deo, & Deus nobis rebusque omnibus alijs præsens sit. Est igitur huiusce præsentiæ præstantissima forma & perfectio, illa non Physica sed Moralis, quæ eam ipsam consequitur inter Deum & nos admirabilis vnio: nec enim modo quodam mortuo Deus & creatura sibi mutuam præsentiæ exhibent, sed cum ingenti in se inuicem pondere inclinationis, vt vnus alterum se toto complectatur. Nā si materiæ & formæ tanta inclinatio in se inuicem insita est ab ipso naturæ authore Deo, huic, vt sese tradendo materiæ illam perficiat, illi vt formam recipiendo perficia-

tur ad bonum vniuersi; quantum vim inesse putandum est Deo ipsi, vt sese creaturæ suæ præcipue rationali tradendo eam perficiat, & ipsi creaturæ desiderium, vt Deum non vno, sed tot tantisque vinculis sese vnire penitus ei volentem in se recipiat ad laudem & gloriam, atque adeo bonum æternæ illius maiestatis? Cum enim omnia propter seipsū atq; bonitatem suam fecerit, & eam suam bonitatem infinito ac verè diuino amore prosequatur; cui obsecro dubium esse potest, quin maxime etiam desideret creaturas perficere, & infinito amoris pondere feratur, vt rationales similitudinis illius suæ ac bonitatis

nitatis longè alijs omnibus  
creaturis capaciores sibi v-  
niat, ac denique ijs etiã ipsis  
maximũ quoddam desiderij  
pondus indiderit, vt in ipsum  
ferantur, in cuius participa-  
tione communioneq; totum  
suum bonum, perfectionem-  
que sitam esse sentiunt. *Verè*  
*enim fecisti nos Domine ad te,*  
*& inquietum est cor nostrum,*  
*donec requiescat in te: & quo-*  
*modo possumus requiescere*  
*in te, nisi eo pondere, quod*  
*nobis dedisti, ad te pertracti,*  
*tibiq; adhæretes cõplectamur*  
*te totis viribus nostris, intel-*  
*lectu præcipuè & volũtate? Si-*  
*cut igitur immensus Deus nõ*  
*tantũ vbique est iustus, vbi-*  
*que bonus, vbique sapiens,*

Aug. I  
Conf.  
c. I.

vbi-

vbique omnipotens, vbique  
sanctus, vbique intelligens,  
vbique amans, sed etiam vbi-  
que est in omnibus creaturis  
per intellectum & voluntatē  
operans, & per suas operatio-  
nes seipsum, suasque omnes  
perfectiones iisdem immer-  
gens, communicans, & velu-  
ti mancipans, & sic eas perfici-  
ens; ita creatura rationalis  
cui datum est posse intellectu,  
& volūtate Deum complecti,  
sic se ei præsentem exhibere  
debet, vt secundum eam quā  
ab eo habet dependentiam,  
inclinationem & pondus in-  
telligendo, & amando se ei  
quā poterit perfectissimè, &  
quibuscumq; valebit opera-  
tionum vinculis vniat & a-  
strin-

stringat. Hic vero complexus quò perfectior, eò etiam presentia maior quodammodo esse dicitur. S. Aug. *Deus*, inquit, *totus adesse rebus omnibus potest, & singulis totus: quamvis in quibus habitat, habeant eum pro suae capacitatis diversitate, alij amplius, alij minus, quos ipse sibi dilectissimum templum gratiae suae & bonitatis edificat.* Et ibid. *Vnde in omnibus sanctis sunt alij sanctiores, nisi abundantius habendo habitatorem Deum?* Hæc ille. Nec verò unius generis est unio hæc, sed prout variæ sunt Dei operationes, quibus non tantum presentiam suam testatur, sed sese & suas illis perfectiones unit, & propter

quas

Epist.  
ad  
Dardanum.

quas varios respectus & titulos admittit; ita varię sunt hominis operationes, quibus ad Deum ipsum adeo se inclinātem accedit, eumque vicissim complectitur, quas iam enumerare opere pretiū erit: hoc illis enim constabit, quā varijs modis sese possit homo Deo presentem exhibere & vnire.

## CAPVT VII.

*Quibus modis nos Deo presenti vnire possimus.*



PRIMUM ergo Dei ad creaturas accessus est per creationem, per quam Deus creaturę suę quę antea nihil